Fragmentarium

collecti sunt aduersum me · percutientes & nesciebam
scindentes & contacentes. Insimulatione fictorum
uerborum · frendebant contra me dentib; suis ·
D ne quanta aspicies · conuerte animam meã a cala
mitatibus suis · a leonib; solitariam meam ·
C onfitebor tibi in ecta grandi · In populo forti lau
dabo te ·
N on lętentur super me Inimici mei mendaces · odien
tes me frustra · conniuentes oculo ·
N on enim pacem loquuntur sed in rapina terrae · uerba
fraudulenta concinnant ·
E t dilatauerunt sup me os suum · dixerunt uah uah
uidit oculus noster ·
U idisti dñe ne taceas · dñe ne elongeris a me ·
C onsurge & uigila In iudiciũ meum · ds mš & dñs
In causam meam ·
I udica me secundum iustitiam meam dñe ds mš · & ne
insultent mihi · ne dicant In corde suo · uah uah ·
animae nostrae ne dicant absorbuimus eũ ·

E t egrediens foras detrahet · simul aduersum me
MURMURABANT ·
O mš odientes me contra cogitabant mala mihi · uer
bum diaboli infundebant sibi ·
Q ui dormiuit non addet ut resurgat · sed & homo
pacificus mš · In quo habui fiduciã · qui manduca
uit panem meum · leuauit contra me plantam ·
T u aũ dñe miserere mei · & leua me ut reddam eis ·
I n hoc cognoui quod uelis me · quia non insultauit
Inimicus mš mihi ·
E go aũ in simplicitate mea · adiutus sum a te ·
& statues me ante faciem tuam In perpetuum.
B enedictus dñs ds isrt a seculo · & usq; in seculum
AMEN AMEN
PRO UICTORE ADOCTISSIMI FILIO
RUM CHORE
S ICUT AREOLA PREPARATA
ad irrigationes aquarum · sic anima mea
preparata ẽ ad te ds ...

License: cc-by-nc – Urnäsch, Gemeindearchiv Urnäsch, Fragment, fragm1b – Psalterium iuxta Hebraeos (https://fragmentarium.ms/view/page/F-monc/808/36846)